118 259

Vir Praenobilissime et Excellentissime
Affinis honoratissime

Excessit hinc haud ita pridem Judaeus Detmoldiae si non conversus, baptizatus saltem, nomine adscititio ~~Georgius~~ Wilhelmus Henricus Neumannus, qui egregiis instructus Bremensium Eruditorum testimoniis portam sibi credidit patefactam qua falleret alios et defraudaret. A me inprimis postquam varia ad amictum commoda et necessaria impetrasset variis etiam fraudibus argenti non levem summam ~~impet~~ accepit. Existimo illum Halas ivisse, quod si ita fuerit me quaeso facias huius rei certio-

259v

rem ut Academiae Vestrae opem implorare queam, ne impune facinora varia admisisse se credat. Vos vero accepto hoc nuntio quin impostorem cavere velitis non dubito. Vale ex animi sententia cum Parente Venerando et fave

Tui

Helmstadii d. XXVI. Octobr.
M.DCC.XXV.

observantissimo
Polycarpo Leyser

Meinen
Meine Seele ist stille
alles und in alle
Geschöpfen
Meine Seele ist stille
alles und in alle
Meine Seele ist stille
Meine Seele ist stille